

spīra, ae. *subs. f.* **FORMA** spera ENN Ann 531, a Scaligero mutata, postea editoribus seruata. **ΕΤΥΜ** σπείρα 'cochlea'. **DLAT** spiraculum, spirillum (sterillum, stirillum), spirula, spirarches^h. [**FREQ** humilis **88** ^{indicia} **5,3** ^{/d.c.m.} **239-169** ENN] uocabulum scriptis technicis ad architecturam, historiam naturalem agrique culturam pertinentibus aptum; et litterariis omne genus praeter lyricos inuenitur, saepius prosa; usibus pro rata parte doctis, numquam quotidianis; inde ab initiis inuenitur usque ad Antiquitatis finem.

VARIATIO		indicia	p ^{/d.c.m. subc.}
OPERUM	argumentalis	14	2
	dramatica	2	4,5
	exponens	52	17
	narratiua	18	3,3
	satirica	2	10
DIACHRONICA	III-II aec.	8	20
	I aec.	21	7,5
	I-II ec.	18	4,7
	III-V ec.	41	4,3
DIAPHASICA	docta	16	7,7
	media	72	5,2
DIASTRATICA	litteraria	55	4
	technica	33	12
MODUS	prosa	50	3,4
	uersu	38	19

¶ *línea curua quasi cochlea, undans, quandoque in se reuertens quasi restis* • *designó en términos generales una espiral o línea curva ondulante, que va en ocasiones trenzándose sobre sí misma*  PAUL FEST 445.1. dicitur et basis columnae unius tori aut duorum, et genus operis pistoris, et funis nauticus in orbem conuolutus, ab eadem omnes similitudine.

a *militum manus legioni accommodata* • *multitud o grupo de soldados que forman una unidad táctica en la legión* [**HYPER** manus militaris **HOL** legio **SIM** manipulus] **239-169** ENN Ann 531. spiras legionibus nexit.  PAUL FEST p.444. Ennius quidem hominum multitudinem ita appellat cum ait «spiras legionibus nexit».

per σπείρα Polibius historicus manipulum uertit; et Nouo Testamento cohortem expressit • *Polibio utiliza la palabra griega σπείρα para traducir manipulus, y en el Nuevo Testamento equivale a cohors.*

b *opus pistorium, eadem massa quam placenta, in restem formatum, quod melle ungebatur antequam coqueretur* • *rosca que, con la misma masa que la placenta, se moldeaba en forma de cuerda trenzada y se untaba con miel antes de ser cocida* [**HYPER** opus pistorium] **234-149** CATO Agr 77. Spiram sic facito. Quantum uoles pro ratione, ita uti placenta fit, eadem omnia facito, nisi alio modo fingito. In solo tracta cum melle oblinito bene. Inde tamquam restim tractes facito, ita inponito in solo, simplicibus completo bene arte. Cetera omnia, quasi placentam facias, facito coquitoque.

c *restis* • *cuerda o cordón trenzado, maroma o cable* [**HYPER** funis **SIM** ⁂restis] **220-130** PAC Tra 385. Quid cessatis, socii, eicere spiras sparteas? **180-103** LUCIL 505. «Cum tecum est, quiduis satis est; uisuri alieni sint homines, spiram pallas redimicula promit.» **100-128** IUV 8.208. credamus tunicae, de faucibus aurea cum se porrigat et longo iactetur spira galero. **350** SOL 25.12. pedes nodis ligant ... nam elephantī, nisi praeuenti hac spirarum mora, uel arboribus se uel saxis applicant. **353-431** PAUL NOL Carm 27.390. in ligno mentitur ebur, tectoque superne pendentes lychni spiris retinentur aenis.

d *cincinnus* • *trenza, rizo o tirabuzón del cabello* [**HYPER** capillus^a **SIM** ⁂cincinnus] **79** PLIN 33.40. habeant feminae in armillis digitisque totis, collo, auribus, spiris. **80** VAL FLA 6.396. aegida tum primum uirgo spiramque Medusae ter centum saeuis squalemtem sustulit hydrys.

e *res in orbiculum formata, quandoque quasi cochlea, praecipue serpentis nodus* • *espiral, curva, círculo, y especialmente los anillos que forma el cuerpo de una serpiente* [**HYPER** línea curua **SIM** nodus^c, tortus^a **DOM** serpentis corpus corpus, trisulcus, serpens, Draco, anguis] **170-86** ACC Tra 307. Pallas bicorpor anguium spiras trahit. **29-19** VERG Aen 12.848. Uno eodemque tulit partu, paribusque reuinxit serpentem spiris uentosasque addidit alas. **80** VALFLAC 5.254. Vix ea, Caucaseis cum lapsus montibus anguis haud sine mente dei spiris nemus omne refusus implicuit. **350** SOL 24.5. insula insinuata sinibus aluei recurrentis et in quibusdam aequoris spiris sita. **390** HIER Ioan 3. coluber se tortuosus aperuit, et noxium caput, quod spiris totius corporis tegebatur.  SERV Aen 2.217. Spirīs nodis: unde etiam bases columnarum spirulas dicunt; nam proprie spira est uolubilitas funium. inde et posteriora serpentium spirae dicuntur, quae sic inuoluuntur in gyrum, ut funes.

f *ARQ Corinthiae seu Ionicae columnae basis* • *espira o basa de una columna corintia o jónica* [**HYPER** fundamentum^b **HOL** columna **SIM** basis^a, spirula^b] **30-22** VITR 5.9.4. Sin autem Ionicae columnae fient, scapus praeter spiram et capitulum in octo et dimidiam partem diuidatur. ... Si Corinthia erit, scapus et spira uti in Ionica. **79** PLIN Nat 36.179. in Ephesiae Dianae aede, quae prius fuit, primum columnis spirae subditae et capitula addita. **INSCR** HD 032061 *Africa Procons.* Mamon Safotis Athonis filius columnam cum caputello et spira sua pecunia posuit.

g *BOT arborum cortex nudos praebens* • *nudo o corteza revirada de los árboles* [**HYPER** uitium arboris] **79** PLIN Nat 16.198. publicum omnium uitium uocant spiras, ubi conuoluere se uenae atque nodi.

h *societas quibusdam mysticis ritibus dedita* • *sociedad de algunos cultos místicos* [**HYPER** societas] **INSCR** CIL 6.76 *Roma.* Bonae deae Veneri Cnidiae D Iunius Annianus Hymenaeus et inuicta spira Phaedimiana.